CLAUDIUS PTOLEMAEUS

Wien, 1435

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=886
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Post ista demonstrabo qualiter oportet ut sit inuencio angulorum puenientium in climate dato ex concursu orbis declivus et orbis orizontis horum namque inuencio facilior est acceptione. Manifestum est autem quod anguli qui fiunt ex concursu orbis signorum et orbis meridiei sunt anguli qui fiunt ex concursu orbis signorum et orizontis in spera recta ut affirmaui inuenire angulos in spera declivi demonstrabimus etiam et dicemus quod puncta orbis signorum que sunt equalis longitudinis a puncto equationis diei faciunt angulos qui sunt apud orizontem unum equales. Et describam propter hoc meridiei orbem super quem sunt ab gd et medietatem orbis equationis diei super quem a e g et medietatem orbis orizontis super quem sunt b e d et describam duas portiones orbis declivus super quas sunt z h t. k l m. Sitque unumquodque duorum z k punctum autumpnale et sit arcus z h. equalis arcui k l. Dico ergo quod angulus e h t. equatur angulo e l k. latera namque trianguli e h z. sunt equalia lateribus trianguli e k l. propterea quod precessit declaracio quod latus suo relativo z h. equale k l. et e h. orizontis equale e k ergo angulus e h z. equatur angulo e l k et angulus e h z. residuus equatur angulo d l k residuo et illud est quod oportuit nos demonstrare. Et dico quod duo trianguli qui sunt apud duo puncta opposita orientale cum occidentali equantur duobus angulis rectis. Nos namque sit descripsimus duos circulos quorum unus sit orbis orizontis super quem sint ab gd. et alter circulus orbis signorum super quem sint a e. g z. secans super duo puncta a g secantes tunc duo anguli qui sunt ex z a d. et d a e erunt equales duobus angulis rectis. Angulus vero z a d. est equalis angulo z g d. Quapropter ambo qui sunt ex z g d et ex d a e. equiuntur duobus angulis rectis. Et iam ostensum est quod anguli equalis longitudinis a puncto equationis diei qui sunt in uno orizonte sunt equales tunc iam sequitur illud ubi sunt etiam anguli equalis longitudinis a puncto tropico orientalis eorum cum occidentali equales duobus rectis angulis. Quapropter cum nos sciemus angulos orientales qui sunt ab ariete usque ad libram sciemus iam scientia inventa eorum angulos orientales qui sunt in medietate altera orbis. Et sciemus etiam angulos occidentales qui sunt in medietatibus ambabus. Et propter modum inueniendi id secundum breuitatem sermonis exemplum in linea equidistanti cuius altitudo poli septentrionalis ab orizonte est 36 partes anguli vero qui sunt ex puncto orbis signorum quod est equationis diei et orizonte possibile est ubi inueniantur facilior acceptione. Et describam propter hoc circulum orbis meridiei super quem sint a b. g d et medietatem circuli orizontis orientalis super quem sint a e d et quartam equationis diei super quem sint e z. et duas quartas orbis signorum super quas sint e b. e g. et sit punctum e. s. quod est equationis b. punctum autumpnale et quod est equationis e g. punctum vernale et sit punctum b. tropicum hyemale et punctum g. tropicum estiuum. Colligitur ergo ex hoc ut sit arcus d z. 44. partes et unusquisque duorum arcuum b z. z g. 23 partes 51 minuta vicinius et arcus g d vicinius 30. partes et 9 minuta et arcus b d secundum illam quantitatem 11 partes et 21. minuta. et quod